



Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi Thomae tomi quinque

Accvratam Qvæstionvm D. Thomæ, Ab LXXXIV. Vsqve ad finem: &
Disputationum de virtute Pœnitentiæ, De Clauibus, De Sacramentis
Pœnitentiæ, & Extremæ Vnctionis, De Purgatorio, Suffragiis & Indulgentiis,
expositionem complectens : Accesserunt Indices quinque: ... Postremus

Suárez, Francisco

[Köln], 1616

Sectio 4. Quis dolor sit de eius valore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93815](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93815)

peccatum mortale: tunc ergo sine dubio nullum fit sacramentum, non tam ex defectu intentionis, quā ex defectu essentialis materię, quā inde consequitur. Est autem hoc singulare in hoc sacramento, & ideo non tenet in hoc argumentum ab aliis sumptum.

At vero, si voluntas illa tantum fit veniale peccatum, & non excludat sufficientem attritionem peccatorum mortalium, non repugnabit valori sacramenti, quia nihil essentialis tollit: & quoad hoc procedit optime argumentum sumptum ex aliis sacramētis. Potest autem recte fieri, ut licet quis moueatur ad confessionem ex motiuo humano, nihilominus, supposita illa applicatione, velit omnia necessaria ad sacramentum adhibere, quia non vult in eo actu peccare mortaliter. Ad hoc autem non mouebitur ex illo motiuo humano, sed aliunde, & ita motiuum illud nunquam erit totale in huiusmodi actu quoad specificationem eius, ut sic dicam, quantum sit primum mouens in illo genere quo ad exercitium & usum. Vnde, quod Angelus supra ait, semper esse peccatum mortale facere ob inanem gloriam id, quod per se in Dei gloriam institutum est, ut est usus sacramenti, valde rigorosum est, & absolute falsum, nisi addatur constitui vltimum finem in ea inani gloria, aut ea de causa omitti aliquid, quod est de substantia actus: nam his sublatis, ille finis non est per se obiectum graue, quod ad peccatum mortale sufficiat, nec est vnde tantam malitiam actioni conferat.

7. *Sitne aliquis internus dolor de essentia huius sacramenti.*

His ergo suppositis de hac voluntate, difficultas est, an præter illam sit aliquis dolor internus de necessitate & essentia huius sacramenti. Multi enim Theologi negant. Quam opinionem à fortiori tenent, qui putant illam voluntatem sufficere ad effectum, ut de Scoto, & aliis supra diximus. Idem sentiunt Maior 4. distinct. 14. quæst. 2. & ibi Gabr. qu. 2. artic. 1. dum negant dolorem esse partem essentialem, quod etiam dicit Durandus distinct. 16. qu. 1. & distinct. 17. quæstione 13. & ibi Paludanus q. 8. quantum Paludanus de rigorosa contritione loqui videatur: Durandus autem solum de nomine partis disputare videtur: nam alioqui docet, confessionem sine dolore factam, esse iterandam, & hoc sacramentum non posse esse informe. Idem censo de Gabriele, & Maiore; de Soto vero iam dixi, illum non negare esse necessarium aliquem dolorem in hoc sacramento. Et quamuis doceat hoc sacramentum in abolutione consistere, non tamen negat esse necessariam confessionem, & accusationem, atque adeo dolorem aliquem, ut per hoc possit. Quocirca pauci sunt Theologi, qui hanc sententiam expresse doceant. Nihilominus tamē fundari potest, quia hic dolor non requiritur ut causa extrinseca sacramenti, sicut de præcedenti voluntate dicebamus, nam in eo genere cause sufficit prædicta voluntas. Neque etiam requiritur ut intrinseca pars sacramenti, quia vel non est pars, cum non sit sensibile signum, vel non est essentialis, cum Concilia tantum integram appellent. Et confirmatur, quia non debemus confessionem reddere onerosam, & obligare homines ad iterandas confessiones sine euidenti ratione, hic autem nulla est: nam sacramenta solent esse valida, si exteriora signa integre perficiantur cum voluntate conficiendi sacramentum, neque est obligatio iterandi illa, etiam si non habuerint effectum: ergo idem dicendum est in hoc sacramento.

Nihilominus dicendum est, aliquem dolorem esse de essentia huius materię. Quod supra ostensum est, & est fere communis consensus Theologorum, ut videre licet in D. Tho. 3. p. q. 84. art. 1. ad 1. & q. 86. art. 6. quæst. 90. art. 2. & in 3. & 4. d. 14. quæst. 1. art. 1. quæ-

Opinio negans. Scot. Maior. Gabriel. Durand. Palud.

Fundamentum.

8. Sententia affirmans vera. D. Tho.

A stitueula 1. ad 1. clarius d. 17. q. 3. artic. 4. q. 4. ubi dicit dolorem & accusationem esse de necessitate huius sacramenti. Capreol. 4. d. 16. qu. 2. art. 3. quem cum aliis refert Couar. in capite *Aquila* par. 1. §. 4. nu. 13. idem tenet Nau in ca. *fratres* nu. 33. de Pœnit. d. 5. & D. Antonin. 3. par. tit. 14. c. 19. §. 5. & alios referunt *Vegali*. 9. in Tridentinum cap. 17. & Corduba lib. 1. qu. 2. opin. 3. & referemus eos scilicet. seq. Pauci etiam ex Autoribus citatis in contraria opinione contradicunt, ut ibi vidimus. Neque etiam fundamenta illius sententiæ sunt alicuius momenti: quod enim contritio vel aliquis dolor internus sit pars huius sacramenti, supra ostensum est, cum autem sit pars omnino necessaria, sine qua sacramentum validum esse non potest, merito essentialis dicitur. Neque Concilium Tridentinum, aut Florentinum dicunt hanc partem ita esse integram, ut non sit etiam essentialis. Sed dicunt id quod est certum & generale omnibus partibus materialibus huius sacramenti, scilicet requiri ad integritatem sacramenti, & perfectam peccatorum remissionem: non tamen propterea negant, aliquam, vel aliquam ex his partibus esse essentialis, seu simpliciter necessarias ad valorem sacramenti. Alias etiam confessio peccatorum non esset essentialis, quod aperte falsum est, cum accusatio sit de essentia iudicij de peccatis: atque eadem ratione contritio est essentialis tanquam omnino necessaria ad veram accusationem huic iudicio necessaria.

Vnde est magnum discrimen inter dolorem, & satisfactionem: nam satisfactio solum est necessaria ad quandam perfectionem huius iudicij, quæ est puniitio seu compensatio delicti quoad reatum poenæ temporalis: dolor vero requiritur ad substantiam ipsius iudicij, & ad primum finem eius, qui est absolutio à culpa. Deinde satisfactio non necessario supponitur ad formam huius sacramenti, sed regulariter post sacramentum essentialiter perfectum adiungitur: dolor vero, sicut accusatio, necessario supponitur ad sacramentalem formam, estque natura sua necessaria ad veritatem eiusdem forme: in omni autem sacramento, materia, quæ huiusmodi est, necessaria ac essentialis existit: idem ergo erit in hoc sacramento. Vnde ad confirmationem illius sententiæ respondemus, satis euidenti ratione ostendit, necessitatem alicuius doloris ad veritatem confessionis, ideoque neque frustra, neque gratis hanc obligationem imponi poenitentis. Neque oportet in hoc seruari omnimodā similitudinem inter hoc sacramentum, & alia, quorum materia est mere exterior & sensibilis, quia non consistit in aliquo actu humano, qui ad situm esse & ad formalem rationem suam requirat aliquem actum interiorum, qui coniunctus exteriori, constituat sensibile signum tali sacramento proportionatum: in hoc autem sacramento hoc inuenitur, quia materia eius in huiusmodi humanis actibus posita est.

SECTIO IIII.

Quisnam dolor seu attritio sit de necessitate & valore huius sacramenti.

Prima sententia est non esse necessariam detestationem efficacem cum absoluto dolore & proposito non peccandi, sed displicentiam quamcumque cum velleitate non peccandi sufficere ad valorem sacramenti. Ita tenet Caier. tom. 1. Opuscul. tractat. 5. quæst. 5. quem sequuntur *Victoriarum* Summ. num. 144. Cano. par. 7. Relect. *Leodesina*. 2. p. 4. qu. 8. artic. 1. dub. 4. & q. 31. art. 2. significant *Palud.* d. 17. q. 8. Syluest. *Confessio* 1. q. 23. Fundamentum est, quia de essentia confessionis ex parte poenitentis solum est, ut confessio habeat veram rationem accusationis integræ: ergo solus dolor requiritur, qui necessarius est ut confessio fiat per modum veræ accusationis: sed ad

Capreol. Couar. Nauar. Anton. Vega. Corduba.

Explicatur verba Cot. Trid. & Ebor.

9. Discrimen inter dolorem & satisfactionem.

1. Prima sententia.

sed ad hoc sufficit quæcunque displicentia, etiam si inefficax sit: ergo. Addit Caiet. contritionem non esse partem huius sacramenti secundum se, sed vt relata ad confessionem, & vt est spontanea voluntas recompenfandi ad arbitrium sacerdotis: sed ad hoc sufficit ille imperfectus dolor: ergo, &c.

2. *Secunda sententia. Soto. Nauarr.* Secunda opinio est, requiri quidem efficacem detestationem peccati, sufficere tamen naturalem, seu ex motu humano. Quam tenet Soto d. 18. qu. 3. art. 3. & Nauarr. in Summ. c. 9. n. 10. & in c. Fratres de Pœnit. d. 5. n. 35. Fundamentum est idem, quod præcedentis. Nam talis dolor sufficit ad veram accusationem, & sicut confessio naturale quid est, ita potest sufficere dolor naturalis ad substantiam sacramenti, sicut in aliis materia & forma naturale quid est. Requiritur tamen efficax dolor, quia alias posset esse cum illo placencia peccati.

3. *Tertia sententia. Palud. Caprol. Richar. Durand. Soto. Syluag. Cano. Nauar. Couar.* Hæc vero duæ sententiæ ita ab aliquibus limitantur, vt intelligendæ sint, quando peenitens ex ignorantia cum illo solo imperfecto dolore confitetur: nam, si ex certa scientia ita confiteatur, dicunt, fieri non posse vt talis confessio valida sit, cum peenitens videat se accedere ponendo obicem sacramento, & consequenter peccando mortaliter. Quæ sententia seu limitatio duobus adhuc modis intelligi potest iuxta duos ignorantie modos, scilicet vincibilis, & inuincibilis. Erit ergo tertia sententia, per se loquendo, necessariam esse veram attritionem ad valorem sacramenti, per accidens autem posse sufficere existimatam, etiam si ex ignorantia vincibili, illa existimatio proveniat, quæ à noua mortali culpa non excuset. Ita videntur sentire Paludanus & alij d. 17. vbi Caprolus quæst. 2. artic. 3. Rich. art. 2. q. 8. ad 5. Durandus q. 13. licet non satis se explicent. Sentiant etiam Soto, Syluester & Cano supra, & Nauarr. in Sum. c. 9. n. 2. & Couarr. in c. Alma mater 1. p. §. 4. n. 13. Fundamentum præcipuum est, quia non sunt obligandi peenitentes ad iterandas confessiones, vbi non constat euidenter de obligatione. Atque ita fundantur, quia hæc sententia est benignior & fatuabilior. Et potest ita explicari: quia sententia, quæ non continet intolerabilem errorem, etiam iniusta sit, non est nulla: sed absolutio, quæ cadit in eiusdem confessionem, non continet intolerabilem errorem, quia ex ignorantia profecta est: ergo non est nulla: ergo ad valorem sacramenti sufficit ille modus doloris, existimationis, & confessionis. Accedit, quod in aliis sacramentis carentia dispositionis etiam ex culpa non est contra substantiam sacramenti: neque in hoc semper erit.

4. *Quarta sententia. Petr. Sot. D. Tho.* Quarta & vltima sententia erit, attritionem existimatam sufficere, dummodo adhibita sit sufficientis diligentia, & conscientie examinatio, ac propterea ex ignorantia inculpabili existimatio orta sit. Ita sentit Petrus Soto. Alijque autores, qui putant dari posse sacramentum Pœnitentie validum, & informe, vt minimum hoc affirmant. Et significat D. Thomas in 4. d. 14. quæst. 3. artic. 4. ad 1. & alios referam scilicet sequent. Fundamentum huius opinionis est fere idem, quod præcedentis, addendo, oportere illam ignorantiam esse inuincibilem, vt excuset hominem ab actuali culpa mortali, nam cum illa non potest esse validum hoc sacramentum, vt sæpe in superioribus tactum est. Nec potest dici, non continere intolerabilem errorem illam sententiam, quæ absoluit hominem peccantem actu mortaliter: merito autem id dicitur de illa sententia, quæ absoluit hominem bona fide, & cum morali diligentia confitentem: nec verisimile est Christum Dominum amplius postulasse ab homine ad valorem huius sacramenti. Et declaratur amplius in hunc modum. Nam sententia, quæ fertur secundum allegata & probata bona fide, valida est: sed supposita hæc confessio, fertur absolutio secundum allegata & probata bona fide, quantum humano modo fieri potest: ergo

A erit valida. Nam licet hoc iudicium quodammodo diuinum sit, tamen quatenus fit inter homines, humano modo perfici debet. Confirmatur secundo, nam qui sic confitetur, non tenetur postea illam confessionem iterare, ergo impleuit præceptum diuinum de confessione: ergo fecit confessionem validam, verumque sacramentum recepit, quia præceptum diuinum ad hoc obligat. Antecedens patet, quia non potest humano modo aliter impleri præceptum, quam cum hac existimatione probabili, & inculpabili, alias nunquam conscientie possent esse pacatæ & securæ de confessione rite facta. Vnde, cum materia huius sacramenti consistat in actib. humanis, & partim internis, de quibus non potest homo habere eidentiam, nõ videtur verisimile impositum esse præceptum de tali actu, nisi quatenus cadit in humanam cognitionem probabilem, facta morali diligentia: ergo verisimile est non aliter fuisse institutam materiam huius sacramenti. Et confirmatur tertio à simili, nam essentialis materia huius sacramenti quoad actum exteriorem est confessio integra; & tamen non requiritur, vt in re semper sit integra, sed in existimatione inculpabili peenitentis: nam, si diligentiam moralem adhibeat, & putet se confiteri omnia quæ commisit, licet aliquid omitat, valida est confessio: ergo eadem proportionem iudicandum est de materia quoad actum internum, nimirum ita requiri actionem, vt, si inculpabiliter existimetur, quamuis in re non sit, sufficiat. Vltimo confirmant hanc sententiam fere omnia fundamenta aliarum opinionum: & illud præcipue, quod hæc dispositio sufficit ad veram accusationem, ex corde, & bona fide factam, propter quam maxime hic dolor postulat. Atque hæc sententia inter omnes, quas retuli, probabilior est.

Attritionem veram & supernaturalem de omnibus mortalibus esse de essentia huius sacramenti, vera sententia.

Dicendum nihilominus est attritionem veram ac supernaturalem de omnibus peccatis mortalibus in confessione declaratis, quorum peenitens conscientiam habet, esse de essentia huius sacramenti. Hanc sententiam sub his terminis pauci Theologi proponunt: eam tamen supponunt omnes, qui negant dari sacramentum peenitentie informe, præsertim Gabriel d. 17. qu. 1. artic. 1. dub. 2. circa med. & Adrian. qu. 5. de Confessione, Maior. d. 17. qu. 9. Medin. Cod. de Confess. q. de confessione ficta iteranda, & alij citandi scilicet sequente. Fauet etiam interdictum D. Thomas & nonnulli alij, vt statim dicam: & ex parte Syluester verb. Confessio. 1. quæst. 22. Probatur autem primo generaliter ex Concilio Tridentino sess. 24. Nam in cap. 1. dicit, contritionem esse partem huius sacramenti: quod supra explicuimus intelligendum esse de parte essentiali. Statim vero in capite 4. declarans hanc partem illius sacramenti, solum illos modos contritionis ponit, qui per se etiam sufficienti ad effectum sacramenti, nihilo omnino distinguens inter dispositionem ad effectum, & partem sacramenti: ergo sentit eandem attritionem requiri ad consiciendum sacramentum, quæ ad effectum conferendum sufficiat. Secundo

E probatur ratione generali, quia materia sacramenti talis esse debet, vt quantum est ex parte eius, sufficiat ad veritatem formæ sacramenti: sed in præfenti, vt materia sit talis, necessaria est illa attritio: ergo illa reuera pertinet ad essentialem materiam. Maior ex terminis videtur per se nota, quia veritas formæ est de essentia eius, & quia ex illa pendet efficacia, & consequenter significatio practica sacramenti, quod etiam in omnibus sacramentis videre licet. Minor declaratur, quia non potest iudex iuste & efficaciter absoluere reum, nisi ex vi accusationis, & dispositionis

fi

Gabriel. Adrian. Maior. Medin.

Syluest. Concl. probatur ex Tride.

Probatur ratio.

RE 7

positionis ille se exhibeat absolutione dignum: sed forma sacramenti illud significat in hoc sacramento: ergo ad veritatem suam requirit, ex parte accusationis & materiae illam attritionem, quae ex se satis fit ad praedictam significationem, & efficaciam formae. Et confirmatur, ac declaratur: nam, cum hoc sacramentum per se primo fit ad remittendum aeternale peccatum, illi directe repugnat aeternale peccatum, commissum in ipso sacramento: ergo illa dispositio, quae per se necessaria est, ut ipsa accusatio & confessio fiat sine nouo mortali crimine, est etiam per se necessaria ad valorem sacramenti, & ad efficaciam formae: ergo. Tandem confirmo, quia essentialis materia ex Christi institutione petenda est: haec autem institutio, vel autoritate certa, vel ratione conuenienti ex aliis principiis fidei colligenda est: omnes autem aliae opiniones nulla nituntur autoritate certa, huic autem multum fauet Concilium Tridentinum, & spectato sine huius sacramenti, & formae eius, haec institutio est conuenientior, ut rationes factae declarant: ergo merito credimus hanc fuisse Christi institutionem.

Attritionem ad valorem sacramenti debere includere efficacem voluntatem non peccandi de caetero.

Caiet.
Gabriel.
Adrian.
Maior.
Medina.
Petr. Soto.
Probatum
ex Trid.

Deinde probatur dicta sententia, per singulas partes in ea propositas discurrendo. Ee in primis, quod talis attritio debeat esse efficacis, & includens non tantum uelleitatem, sed etiam absolutam voluntatem non peccandi de caetero, docuit expressis Caietanus sibi contrarius in Summa verb. Confessio ex parte confessi iteranda. Tenent etiam Gabriel, Maior, Adrian. & Medina citati scilicet in praecedenti circa fin. & Petrus Soto lect. 3. de Confessione, sumiturque ex eodem loco Concilij Tridentini dicentis, talem esse necessarium dolorem, qui voluntatem peccandi excludat, id est, cum quo voluntas peccandi simul esse repugnet: alioquin, quamuis contingat hominem habere dolorem, & non habere actualem voluntatem peccandi, si tamen dolor talis non est, ut ex se non repugnet simul esse cum tali voluntate, reuera non est dolor, qui excludit illam voluntatem, sed aliunde contingit illa carere. At vero, quoties displicentia de peccato talis est, ut ex se habeat adiunctam solam uelleitatem non peccandi, quantum est ex se, non excludit voluntatem peccandi: quia voluntas peccandi, & uelleitas non peccandi optime possunt esse simul: ergo talis displicentia insufficientis est etiam ad valorem huius sacramenti.

8.
Ratione
idem ostendit.

Præterea argumentor ratione, quia incredibile per se est, eam confessionem esse validam, quae est cum actuali proposito iterum peccandi mortaliter, & cum actuali complacencia peccati commissi: sed huiusmodi propositum & complacencia esse potest cum illa imperfecta detestatione seu uelleitate, ut per se constat, quia illi actus non sunt repugnantes: ergo illa non est sufficiens ad valorem huius sacramenti: si enim illa sufficeret, quidquid cum illa coniungeretur, non esset contra essentialiam sacramenti. Secundo, hoc sacramentum institutum est per modum iudicij: ergo intelligi debet iuxta formam & tenorem veri iudicij, de cuius ratione est, ut si reuidenter iniustum, & continens intolerabilem errorem, sententia in illo lata, sit prorsus nulla: illa autem confessio facta illo modo talis est, ut in illam non possit cadere forma huius sacramenti, nisi cum euidenti iniustitia, & intolerabili errore: ergo talis sententia seu forma erit semper nulla: ergo & illa materia est insufficientis ad hoc sacramentum conferendum. Tertio, hoc potest probari, quia creden-

dam est, ita instituisse Christum Dominum hoc sacramentum, sicut necessarium & expediens futurum erat ad usum eius: sed confiteri peccata ex certa scientia cum illo dolore inefficaci, & uelleitate nunquam poterat esse expediens ad usum huius sacramenti, neque conferre aliquid poterat ad salutem animarum: ergo.

Dices, hac ratione probaretur, abluionem baptisimi susceptam praua intentione, vel cum effectu peccati non esse materiam sufficientem sacramenti, quia non potest esse expediens ad salutem animae. Sed hoc non est simile, quia in baptisimo interior dispositio suscipientis non est pars sacramenti, sed sola ablutio exterior, ut est à ministro intendente perficere sacramentum, & ut sic est indifferens, & independens ab effectu ministri, seu suscipientis. At vero in hoc sacramento dispositio interior est pars sacramenti, & exterior confessio non est insufficientis pars: nisi ut procedens ab interna detestatione peccati: si autem procedit à solo illo dolore imperfecto, praesertim cognito, est per se mala, & insufficientis ad iustam absolutionem de peccato: ergo non est uerisimile instituisse Christum hanc tanquam sufficientem materiam huius sacramenti. Tandem confirmo, quia dolor, qui non excludit uoluntatem peccandi, reuera non sufficit ad ueram accusationem. Denique illa sententia non satisfacit dictis Conciliorum, & Sanctorum, qui ubique de hac materia loquuntur, huiusmodi confessiones omnino reiciunt ut sacrilegas, & insufficientes.

Non sufficere ad valorem huius sacramenti dolorem ex motiuo mere humano conceptum.

Secundo loco probatur non sufficere dolorem conceptum ex motiuo mere naturali, sed necessarium esse attritionem supernaturalem. Quod sentiunt Doctores paulo antea citati. Et non obicere indicauit Concilium Tridentinum, cum dixit esse Spiritus sancti donum. Et idem sentit D. Thomas quaest. 84. artic. 1. Nam postquam in solutione ad 1. dixit, materiam essentiali huius sacramenti consistere in actibus penitentis, subdit in solutione ad 2. hos actus originem ducere ex inspiratione interna: quia in hoc sacramento materia non exhibetur à ministro, sed à Deo interior operante. Ratio uero in primis esse potest, quia, si dolor procedat ex motiuo mere naturali, & humano, quantum est ex se, non auertit uoluntatem ab effectu culpa, sed ad summum continet ab actu externo: unde non sufficit ad ueram accusationem coram Deo, sed potius uidebitur illa esse narratio quaedam periculi proprii, aut incommodi. Si uero actus ille est ex aliquo motiuo honesto, & uirtutis, tamen mere naturali, etiam est insufficientis ad ueram attritionem, quam describit, & requirit Concilium Tridentinum, quod est in hac materia potissimum fundamentum. Est etiam insufficientis ad propriam accusationem de peccato, Deo factam: nam, licet proxime fiat confessori, tamen reuera principaliter Deo fieri debet. Præterea haec pars uidetur manifesta, quando penitens suam dispositionem bene nouit (de illo enim, qui ignorat, postea dicemus.) Nam ille, qui hoc modo confitetur, accedit cum actuali conscientia, & uoluntate peccandi mortaliter: ergo non est sufficienter dispositus ad hoc sacramentum suscipiendum. Antecedens probatur ex supra dictis, quia ille accedit indispotus ad effectum sacramenti, ergo peccat mortaliter ita accedendo uoluntarie, sicut dicto modo accedit. Consequenter uero probatur ex dictis: quia de ratione & essentiali huius sacramenti est, ut penitens accedat detestando efficaciter omne

ter omne peccatum mortale, atque adeo sine actu- A
ali complacentia alicuius peccati mortalis.

11
Secunda
ratio.

Secundo ex Caietano supra confirmatur, & ex-
plicatur hæc ratio, quia huiusmodi poenitens sci-
ens, & videns representat se sacerdoti tanquam in-
absolubilis, seu omnino absolutione indignus: ergo
de se non sufficit illa dispositio ad valorem sacra-
menti huius. Cuius rationis vis ita explicatur. Quia,
cum poenitens accedit ita dispositus, vel occultat
confessori hanc dispositionem, seu potius indispo-
sitionem suam, & sic confessio est nulla, quia non est
integra: vel proponit confessori suam dispositio-
nem, & sic suam confessionem testificatur se esse in-
dignum absolutione: ergo incredibile est huiusmo-
di accusationem, & testificationem in hoc sacra-
mento factam sufficere ad valorem absolutionis in
eodem foro. Sicut enim impoentens coram Deo est
incapax remissionis peccati, ita impoentens in hoc
foro, est incapax absolutionis in eodem foro: ergo
talis absolutio nulla est, & consequenter ipsa mate-
ria est insufficientis. Tertio, quia vel hæc sententia in-
telligit esse necessariam absolutam & efficacem de-
testationem omnium omnino peccatorum: & sic
est impossibilis, quia illius peccati, quod poenitens
committit accedendo cum tali dispositione à se co-
gnita, non potest habere efficacem detestationem,
quandoquidem est in actuali voluntate illius: vel
intelligit esse necessariam huiusmodi detestatio-
nem de peccatis præteritis, non vero de illo quod ac-
tu committit: & hæc est voluntaria distinctio, quia
non est maior ratio de vno, quam de alio, cum non
minus sit materia huius sacramenti vnum, quam
aliud.

Tertia ra-
tio.

12
Quarta.

Quinta.

Attendens ad
sacramen-
tum sine dis-
positione ad
essendum
non recipit
sacramen-
tum.

Sed dicit aliquis, hæc argumenta non procedere
in eo casu quo poenitens actualiter non peccat ac-
cedendo ad confessionem cum tali dispositione co-
gnita. Quod accidere potest altero è duobus modis.
Primo, si inuincibiliter exillimaret illam dispo-
sitionem esse sufficientem, non tantum ad sacra-
mentum, sed etiam ad effectum sacramenti: secundo si
existimaret non esse peccatum accedere ad sacra-
mentum sine dispositione ad effectum. Responde-
tur, huiusmodi confessionem factam cum hac igno-
rantia, præsertim priori modo, pertinere potius ad
punctum sequens: vbi disputabimus an hæc mate-
ria huius sacramenti necessario sit attritio vera, vel
sufficiat putata. Nam in dicto casu illa detestatio,
tum existimetur sufficiens dispositio ad effectum
sacramenti, merito dici potest existimata attritio,
vel etiam contritio saltem extrinsece, seu per infor-
mationem gratiæ acquirendæ per sacramentum: i-
tæque de hoc modo dispositionis ibi dicemus. Poste-
rior autem modus ignorantie, præter quam quod
moraliter vix accidere potest, ita vt à peccato excu-
set, omnino est per accidens, & nihil refert ad valo-
rem confessionis: quia nec moraliter confert ad
modum doloris, neque ad modum accusationis.
Quod dupliciter declaratur. Primo, quia ille dolor
de peccato, mere humanus & naturalis, per se est in-
sufficiens duplici titulo sepe tacto, scilicet quia non
auertit de se voluntatem à peccato, seu ab affectu
peccati: quod autem hic & nunc propter ignorantiam,
vel existimationem aliquam voluntas actu
non peccet, est per accidens, & non mutat qualita-
tem materiæ vel dispositionis: & quia huiusmodi
dolor non sufficit ad veram accusationem peccati
coram Deo: non enim omnis narratio peccati pro-
prij cum aliquo dolore habet rationem accusatio-
nis, vt per se constat: ergo ille modus doloris intrin-
sece est insufficientis ad valorem huius sacramenti,
neque propter illam ignorantiam potest fieri suffi-
ciens. Quæ rationes, licet efficacius procedant de
secundo modo ignorantie, etiam ad primum pos-
sunt applicari. Denique hæc conclusio ex omnibus
dicendis magis constabit.

Fr. Suarez tom. 4.

*Attritionem veram esse necessariam ad hoc sacra-
mentum, & non sufficere existimatam, præ-
sertim vincibiliter.*

Tertio probatur altera pars assertionis, nimirum
hanc attritionem veram & realem necessariam
esse, & non sufficere existimatam, præsertim existi-
matione vincibili, quæ non excuset à culpa morta-
li. Quam partem præter autores supra citatos, indi-
cavit Bonau. d. 17. 2. p. art. 2. q. 3. Nec Durandus, aut
Richard. supra citati contradicunt, nec etiam Na-
uarr. nam in Sum. capite 9. n. 16. affirmat, eum, qui
confiteatur non adhibita debita diligentia, & ob id
aliquod peccatum omittit, teneri ad confessionem
iterandam, quia culpa suâ integritatem omisit: quod
verissimum esse, infra ostendam. Vnde colligo hoc
generale principium, quia culpa tua, præsertim mor-
tali, omittit aliquid per te necessarium ad valorem
huius sacramenti committere essentialem defectum,
ideoque facere confessionem nullam & iterandam:
hæc enim de causa qui culpabiliter omittit integri-
tatem, tenetur confessionem iterare, eadem enim
vel maior ratio est de quacunque alia parte necessa-
ria. Constat autem veram attritionem per se loquē-
do, necessariam esse: nam hoc vt minimum probat,
quæ hætenus circa præcedentes partes diximus. Et
Concilium Florentinum, & Tridentinum hoc satis
expresse docent. Nam cum Florentinum ait, dolo-
rem de peccato commisso esse primam partem sa-
cramenti, non de putato dolore, sed de vero loquitur:
dolor enim tantum putatus, non est dolor: sicut
quando ait, confessionem, & satisfactionem esse
partes, de vera confessione, & satisfactione loquitur.
Concilium idem Tridentinum hoc diserte de-
clarauit, definiens hunc dolorem, & assignans eius
motuum, & originem, quam ex dono Spiritus san-
cti habet, & alia similia, quæ non cadunt nisi in ta-
lem dolorem de peccato, qui vera supernaturalis
attritio, vel contritio sit: ergo hæc necessaria est, sal-
tem per se loquendo. Imo, si hoc modo necessaria
non esset, neque illius existimatio necessaria esset,
sed sufficere posset alius dolor, etiam si de illo co-
gnosceretur non esse veram attritionem: quia, vt su-
pra in simili dicebam, falsa illa existimatio per se
non est bona dispositio, neque auget illam: vnde ne-
que etiam est pars sacramenti: ergo per se non potest
postulari, sed ad summum vt excuset ab aliqua cul-
pa. At vero, si attritio vera non esset per se necessaria
ad hoc sacramentum, non esset vlla culpa illam o-
mittere etiam voluntarie: ergo existimatio eius non
esset necessaria ad excusandum à culpa: ergo sine
causa postularetur.

Bonau.
Nauarr.

Principium
necesse di-
gnum.

Dices, quanuis non sit per se necessaria ad substan-
tiam sacramenti, esse per se necessariam ad effectum,
& ex hac parte cadere sub obligationem, & propter
ea etiam, quando illa in re deest, necessariam esse
existimationem eius, quæ excuset à culpa. Sed contra
hoc est, nam licet de inuincibili existimatione id
posset sustineri: tamen de vincibili, de qua nunc a-
gimus, nullo modo, quia hæc non excuset à culpa,
vt supponimus: ergo sine causa postulatur. Nā quod
excuset à tanta vel tanta culpa, id est, magis seu di-
recte voluntaria, parum refert, si semper sistimus in
latitudine culpæ mortalis. Alioqui idem esset in in-
tegritate, & quolibet alio defectu simili: quod est
contra principium positum, & contra omnem rati-
onem, absque vilo probabili fundamento: nam
cum huiusmodi poenitens sit notabiliter negligens
in examinanda sua conscientia, & poenitentia, nul-
lam habet legitimam excusationem, ob quam dica-
mus dolorem illum acceptari à Deo, vel à Christo
institutum esse, vt sufficientem, cum alias Concilia
absolute requirant veram attritionem.

13

14
Obiect.

Enodatur.

Aa

Quod

In morali-
bus idem est
aliquid ex
negligentia
culpabili, ac
cognitione om-
mittere.

Confessio si-
ne vera at-
tritione cul-
pabiliter ve-
ra putata,
non est inte-
gra.

Ruard.

Quod enim alii autores aiunt, hoc deservire ad
pacificandas conscientias, nullius momenti est, tum
quia non est bona pax, quo in errore fundatur: tum
etiam, quia potius potest esse occasio negligentiae in
preparanda conscientia ad confessionem debito
modo. Accedit praeterea, quod in moralibus & ap-
ud Deum eiusdem culpa est aliquid committere
ex negligentia culpabili, & ex cognitione, solum en-
nim differt in voluntario magis vel minus perfecto:
si ergo ille dolor imperfectus, & cognitivus non est
verus, nec sufficiens, nec culpabiliter ignoratus suf-
ficiens erit. Cur enim ex illa negligentia debet pec-
cator illud commodum reportare, ut sibi sufficiat
imperfectus dolor, qui satis non esset, si post exami-
natam conscientiam suam illum cognosceret? Prae-
terea, in moralibus non minus excusat passio vehe-
mens, quam ignorantia negligens: at vero, si poeni-
tens ob vehementem passionem & affectum ad pec-
catum, solum habeat displicentiam imperfectam, &
hoc ipsum fateatur: non propterea facit confessio-
nem validam: ergo nec propter ignorantiam vin-
cibilem esse potest valida talis confessio. Maxime,
quia necesse est, ut talis confessio sit non integra,
quia ille homo dum sic confitetur, actu mortaliter
peccat, & cum aliqui non aduertat culpam, quam
tunc committit, non potest illam confiteri, cumque
totum hoc fundetur in negligentia, & ignorantia
culpabili, non fit sine culpa: ergo talis confessio est
etiam culpabiliter non integra, & consequenter in-
sufficiens, ut postea videbimus. Adde quod de illo
peccato vix potest vllus dolor, etiam imperfectus,
haberi. Denique haec pars a fortiori constabit ex se-
quenti.

*Confessionem ex attritione humana factam, et-
iamsi inuincibiliter supernaturalis existi-
metur, esse nullam.*

Quarto probandum est, adeo esse necessariam
veram attritionem supernaturalem ad sub-
stantiam huius sacramenti, ut illa deficiente, existi-
mata non sufficiat, etiamsi inuincibilis ignorantia
intercedat. Quod, praeter autores supra citatos, do-
cuit Ruardus art. 3. contra Lutherum. Et praecipue
suadetur argumento sumpto ex Concilio Tridentino,
& his quae supra dixi. Nam Concilium eandem
attritionem, & eisdem verbis requirit, ut partem sa-
cramenti, & ut dispositionem ad effectum eius: sed
supra ostendimus in ratione dispositionis non suf-
ficere attritionem solum existimatam, etiamsi inuincibiliter:
ergo neque in ratione partis sufficit. De-
inde, quia Concilium dicit illam attritionem, quae
est pars, esse donum Spiritus sancti, quod etiam dixit
D. Thomas supra citatus: at vero in attritione
existimata, neque ipse dolor est donum Spiritus sancti,
quia supponitur esse imperfectus, & mere naturalis,
neque etiam existimatio, quia est deceptio quaedam:
ergo. Praeterea, quia Concilia dicunt, vinum v.g.
esse materiam Eucharistiae, nemo dicere potest, acce-
tum inuincibiliter putatum vinum, aliquando suf-
ficere. Neque solum in materia, quae est res sensibilis:
sed etiam in materia, quae est actus humanus, hoc
verum habet: ut in sacramento Ordinis, si materia
essentialis est actus calicis, vel patenae, etiam si quis
inuincibiliter putet se tetigisse, si reuera non tetigit,
nihil factum est: quia ignorantia humana non mutat
materiam, nec Deus supplet essentialem defectum
ob priuatum errorem: ergo idem cum proportio-
ne est in presenti dicendum. Ratio vero seu con-
gruentia institutionis illa est praecipue, quia ad veritatem
formae huius sacramenti per se necessaria est
attritio vera, & non putata quomodo cunq, quia
sine illa non potest homo reuera, & cum effectu ab-
solui.

Nec sufficit respondere, ad veritatem huius for-
mae satis esse a primumale significatione, id est, ab-
soluere, quantum est ex se. Nam, licet hoc sit verum
respectu alicuius impediementi, seu causae extrinse-
ca, aut per accidens: tamen respectu propriae ma-
teriae, & per se requirit actualem efficaciam gratiae,
& hanc significat (per se etiam loquendo) ex vi ver-
bi, *Ab soluo*: ergo ex se requirit materiam propor-
tionatam ad veritatem talis verbi, & significationis.
Denique confirmatur, quia ignorantia inuincibilis
solum potest operari excusationem culpae: quod
hic non est satis, nam quarimus veritatem materiae:
alias etiam ignorantia inuincibilis iuris sufficeret,
quod nemo dicit. Nam, si quis sciens, & videns co-
fiteretur sine vera attritione, cum dolore aliquo ex
solo motu humano, quantumuis excusaretur a
culpa, putans illam confessionem sufficere, nihilo-
minus verum sacramentum non reciperet, quia ex
certa scientia veram materiam non apponit: ergo
excusatio a culpa non fatis est.

Vnde in hoc est magna differentia inter dolorem,
& integritatem confessionis, ex qua argumentum
in contrarium sumebatur, eo quod integritas in-
terdu videtur suppleri per ignorantiam inuincibi-
lem: est autem longe diuersa ratio, quia essentialis
materia est confessio formaliter integra, non mate-
rialiter, seu quae sit de omnibus peccatis, solum qua-
tenus post debitam diligentiam memoriae, & con-
scientiae occurrunt tanquam necessario continen-
da, quae integritas per hanc negationem recte expli-
catur, ut in ea nullum peccatum mortale culpabili-
ter taceatur: cuius signum est, quia ex quacunque
alia causa excusetur homo a culpa tacendo aliquid
peccatum, siue illa causa sit vera, siue ex inuincibi-
li ignorantia iuris existimata, sufficit, etiamsi pec-
catum, quod omittitur non sit oblitum, sed cog-
nitum. At vero in interiori dolore non ita est, sed
materia necessaria quoad hanc partem est attritio
vera, & in re ipsa existens. Et ratio differentiae af-
signari potest, quia confessio per se & natura sua
pendet, tum ex memoria peccatorum, tum etiam
ex aliis circumstantiis moralibus, quas concurrere
oportet, ut necessaria sit: nam ille actus absolute
& nude sumptus, non est semper expediens, ne-
que aptus ut sub necessitate praecipitur, nisi de-
bitis circumstantiis velletur. Et ideo formalis
integritas materiae multum pendet ex conscientia,
& memoria poenitentis. At vero poenitentia in-
terior absolute & simpliciter bona, est expediens
imo & per se necessaria ad remissionem peccato-
rum: & ideo non ita pendet ex poenitentis opini-
one, ut per illius existimationem etiam inculpabilem
suppleatur.

Quod potest a simili declarari ex necessitate
eiusdem impenitentiae interioris ad remissionem pec-
cati. Nam, quia poenitentia interior est necessaria
necessitate medijs ad remissionem peccati, non suf-
ficit existimatio eius ad supplendum illius defectum:
licet enim fortasse talis existimatio excuset a nona
culpa, non tamen supplet, neque applicat medium
necessarium ad talem effectum. Ita ergo, quia poe-
nitentia interior, quae sit vera contritio vel attritio,
est necessaria necessitate medijs seu materiae ad con-
stituendum hoc sacramentum, si illa desit, existi-
matio eius, quantumcunque excuset a culpa, non po-
test supplere defectum eius. Quocirca, potius in hoc
est aliqualis similitudo inter confessionem exteri-
orem, & attritionem, quod sicut absque vera exte-
riori confessione peccati non potest huiusmodi hoc sacra-
mentum, ita nec sine vera attritione interiori: & sic
illa non suppletur per existimationem, ita neque
haec: nam, si quis bona fide, seu absque culpa sua ab-
soluatur sine praeva confessione, non propterea h-
et sacramentum. Item, sicut confessio, quae fit de
aliquibus peccatis, aliis iusta excusatione omisis,
est qui-

Ad veritatem
formae parti-
cularis non
sufficit a pri-
mumale si-
gnificatio.

Differentia
inter dolorem
& integritatem
confessionis.

Similitudo
inter confes-
sionem exte-
riorem &
attritionem.

Est quidem sufficiens materia, ita etiam attritio de peccatis confessio est per se sufficiens materia, imo illa sola pertinet proprie ad hanc partem materialem, ut statim dicemus. Ac denique sicut confessio illa, quæ ex iusta causa fit de quibusdam peccatis & non de aliis, ita est sufficiens, ut non satisfaciat per se pro peccatis non confessis, sed relinquat necessitatem illa confitendi debito tempore: ita etiam interior penitentia de omnibus peccatis etiam non confessis, necessaria est, ut remitti possint. Illud ergo exemplum de confessione potius confirmat hanc sententiam, quam illam impugnat.

Satisfit argumentis contrariorum opinionum.

20 **A** Tq̄ ita manet non solum confirmata hæc pars, verum etiam soluta fundamenta oppositæ sententiæ. Nam præcipuum erat illud, quod fimebatur ex integritate. Cætera vero omnia, quæ in hoc nitebantur, quod homo tunc adhibet humanam diligentiam, & excusatur à culpa, & ex intentione sua facit veram accusationem: hæc, inquam, & similia parum probant: quia, licet hoc iudicium humanum videatur, tamen reuera est diuinum, nam in eo homo se gerit vt instrumentum, & minister Dei: veritas autem & substantia diuini iudicii non est posita in humana existimatione, sed in conformitate ad rem ipsam: & ideo, licet illa videatur esse vera accusatio, tamē in re ipsa, & apud Deū non est. Et ob eandē causam, licet illa existimatio excuset à culpa, non sufficit ad veritatem talis iudicii seu sacramenti. Denique, Deus non exigit ab homine existimatam penitentiam, sed veram, ideoque qui tantum habet existimatam, licet forte excusetur à culpa, in re tamen non implet illud præceptum, & ideo semper manet obligatio illud implendi quoties confiterit illam existimationem falsam fuisse: ita ergo dicendum est de præcepto confessionis ita dolorosæ, vt ex vera attritione procedat. Nam hoc est quoddam diuinum præceptum determinans modum penitentię, veram tamen penitentiam sub tali modo ab homine exigens: & ideo, qui in re illam non exercet, licet per ignorantiam excusetur à transgressione, re tamen vera illud non implet, ideoque per se & ex vi talis præcepti semper manet obligatio illud implendi.

21 **R**espondent vero Cano, & alii, manere quidem obligationem implendi, quantum ad id quod defuit, nimirum quoad attritionem addendam, non vero quoad confessionem iterandam, quæ iam integra facta fuit. Sed hoc non recte dicitur, tum quia attritio non est vtumq̄ præcepta in lege noua, sed vt pars huius sacramenti: illa vero attritio quæ postea haberi potest, non est pars sacramenti: vanum enim & improbable videtur quod quidam aiunt, illam esse partem sacramenti, ex eo solum, quod eadē in peccata iam confessis, constat enim hoc esse falsum, quia talis attritio nec per se sensibilis est cū sit mere interna, nec coniungitur alicui signo sensibili, quo manifestetur, & sensibilis fiat: nam confessio quæ præcessit, non indicat dolorem, qui postea subsequitur, cum non sit effectus eius, sed mere per accidens adiuuicem se habeant. & ideo hæc pars talis est, vt natura sua præcedere debeat confessionem, vel comitari: non ergo fatiseit, vt cadat in peccata iam confessis. Alioqui quoties contritio reperitur circa peccata confessis, semper esset pars sacramenti, haberetque effectum ex opere operato: quod verisimile non est, cum illa confessio mere per accidens se habeat ad illam contritionem, neque sit signum eius. Igitur non satisfacit quis in dicto casu sua obligationi habendo attritionem, nisi per aliam quam confessionem talium peccatorum, eam sub-

F. Suarez, tom. 4.

22 **A** iiciat, & coniungat clauibus Ecclesiæ, vt fiat pars sacramenti. Atque simile argumentum fieri potest ex parte confessionis, quia non quæcunq̄ confessio præcipitur, sed illa, quæ ex vera attritione procedat, & sit vera accusatio coram Deo: talis autem confessio facta non fuit, licet facta fuerit exterior narratio peccatorum: ergo manet semper obligatio iterandi confessionem. Item præcipitur talis confessio, quæ sit pars sacramenti in actu: non est autem pars actû, quæ non est vnita parti essentiali, qualis in præsentem est vera attritio: ergo ob hoc etiam per illam confessionem non impletur hoc diuinum præceptum, etiã quoad ipsam confessionem: quia hæc duo, scilicet, confessio, & dolor ex vi præcepti huius sacramenti non præcipiuntur vt distincta, & separata, sed vt coniuncta, & constitutæ vnã materiam sensibilem, & essentialem huius sacramenti. Quando ergo confessio non ita fit, licet forte excusatio intercedat per ignorantiam, semper manet, ex vi necessitatis huius sacramenti, obligatio ad iterandam confessionem eorundem peccatorum mortalium.

Dico autem semper, quantum est ex vi præcepti, & necessitate sacramenti: quia in casu, de quo loquimur, moraliter loquendo, frequentius accidit, vt ignorantia, quæ prius excusauit à culpa, quando confessio sine debito valore facta est, semper postea excuset ab iteranda confessione illorum peccatorum. Atque hoc sufficit ad vitandum, quoad contraria sententia nobis obiciebat de turbada pace, & quiete conscientiarum: nam ad hanc pacem & quietem sufficit illa bona fides, cum qua quispiam confessus est ex inculpabili ignorantia, nam cum eadem potest esse semper quietus absque scrupulo iterandi confessionem, nisi casu accidat postea veriorum rerum notitiam comparare, quæ plane ostendat priorem deceptionem, & bonam fidem auferat: tunc enim nullum est inconueniens, quod ablata excusatione, urgeat obligatio talia peccata confitendi: nec hoc est contra quietem, sed potius ad generandam veram conscientię pacem confert. Potest autem hoc facile accideret, quando prior excusatio orta fuit ex ignorantia iuris, quia hæc potest facile percipi, & mutari: quando vero orta fuit ex ignorantia facti (in quo casu nunc maxime loquimur) rarissime id continget. Est enim homini per difficile suam internam dispositionem prout in re est cognoscere: & ideo, si eo tempore, quo illam exercet, per ignorantiam inuincibilem fallitur, & putat esse attritionem, cum non sit: quomodo postea, illa iam transacta, melius eam cognoscit, intelligetque se deceptum fuisse? Itaque ob hanc causam, prædicte loquendo, aut nunquam, aut rarissime insurget illa obligatio absque excusatione, quantum attinet ad necessitatem præcepti: quantum vero spectat ad necessitatem mediū, tollentur per accidens illa peccata per alias confessiones validas, aut per contritionem.

Attritionem vniuersalem de mortalibus confessis, esse necessariam.

23 **Q**uinto loco probanda est vltima pars in nostra sententia proposita, nimirum necessariam esse talem attritionem, quæ vniuersalis sit de omnibus peccatis mortalibus confessis. Ad quam intelligendam reuocandum est in memoriam, quod supra de contritione, & attritione traditum est: nã illa prior semper est vniuersalis de omnibus peccatis ex vi motiui: hæc autem ita potest esse de vno peccato, vt non sit de omnibus. Et ideo de vera contritione non esset necessaria hæc pars: nam si confessio fiat ex vera contritione, regulariter etiam fiet ex dolore, qui formaliter cadat in omnia peccata confessis, ac proinde ex hac parte sufficiat ad valorem sacramenti.

Non datur contritio vniuersalis.

A 2 2 cramentu

ramenti: quod statim amplius declarabimus. At vero attritio potest esse de vno peccato, vt dixi, & non de omnibus, neque formaliter, neque virtute: & ideo addimus, necessariam esse vniuersalem attritionem de omnibus peccatis confessis, siue illa habeatur generatim per vnum actum sub aliquo generali motiuo, siue speciatim de singulis peccatis sub propriis & specialibus motiuis. Ratio autem est, quia confessio debet esse integra de omnibus peccatis mortalibus, ita & attritio debet esse integra de eisdem peccatis: quia sine attritione integra non posset confessio esse integra in ratione veræ accusationis sacramentalis, vt ex hæcenus dictis satis patet. Atque ex hac ratione intelligi potest, ex vi materis huius sacramenti solum esse necessariam vniuersalem attritionem de omnibus peccatis confessis, quantum ad effectum sacramenti requiratur attritio vniuersalis de omnibus peccatis mortalibus commissis, & nunquam per veram penitentiã retractatis, vt dicemus sectione sequenti. Sunt autem hæc duæ vniuersalitates attritionis separabiles. Nam potest quis habere plurima peccata, quam in confessione aperiat, vt v.g. quando aliquorum obliuiscitur: ergo tunc potest esse attritio vniuersalis de omnibus peccatis confessis, & non de omnibus, quæ in re existunt.

24
Attritio de mortalibus in confessione omnis non est pars sacramenti

Est tamen necessaria ad eius validitatem.

Dicimus ergo per se loquendo, necessariam esse, ac sufficere veram attritionem de omnibus peccatis confessis, quia hæc necessaria est, & sufficit ad integram accusationem, etiam si non se extendat ad ea peccata, de quibus non fit confessio. Imo, licet contingat aliqua peccata taceri in confessione, & de illis haberi veram attritionem, illa non erit pars sacramenti, licet sit dispositio ad effectum. Patet, quia neque informat confessionem, nec fit sensibilis per illam, sed mere interior manet: non est ergo pars sacramenti sensibilis, nec coniungitur clauibus, vt per eas eleuetur ad significationem & efficaciam sacramentalem. Dices, Ergo, si quis ex iusta causa taceat aliquod peccatum in confessione, cuius memoriam habet, quantum illius nullam attritionem habeat, dummodo eam habeat de his, quæ confitetur, erit valida confessio: quod est aperte falsum. Respondetur negando sequelam: nam is, qui confitetur, ex generali lege sacramentorum tenetur non ponere obicem effectui sacramentali: ille autem, si habet conscientiam peccati tenetur agere penitentiam illius, proportionatam sacramento, & ex illo capite tenetur etiam ille penitens dolere de peccato illo, quod in confessione tacet: quia licet tunc non requiratur dolor ad accusationem eius, eo quod non fit futura: est tamen necessarius ad tollendum obicem, & digne suscipiendum sacramentum: ac proinde, si voluntarie omittatur, in ipsa confessione actuale peccatum committitur, quod repugnat valori huius sacramenti, vt sæpe diximus. Et ideo solum potest contingere casus ille quando ex naturali obliuione, & peccatum aliquod in confessione omittitur, & attritio etiam ad ipsum non extenditur, vel formaliter ex intentione operantis, vel virtualiter ex vi motiui, quia videlicet non est vniuersale, sed particulare.

Sine confessio nulla, quando attritio vera solum de quibusdam peccatis confessis & non de omnibus habetur.

25
Sed quæret rursus aliquis: An si contingat confessionem fieri cum vera attritione aliquorum peccatorum, non tamen omnium etiam illorum, quæ in confessione dicuntur, confessio nulla sit. Potest autem casus hic moraliter contingere, vt si penitens tantum habeat singulares attritiones pecca-

torum prout ea sigillatim confitetur, & de vno peccato doleat propter turpitudinem eius: de alio vero propter infamiam, vel aliud temporale detrimentum, vel de vno efficaciter, & cum absoluto proposito emendæ, de alio vero minime, sed per displicentiam tantum inefficacem. Videtur enim ex dictis sequi talem confessionem semper esse nullam, quia deest illi materia essentialis, quæ est vniuersalis attritio, vera & efficax.

Nihilominus dicendum existimo non semper esse nullam talem confessionem, sed distinctione vtendum esse. Nam, si penitens sciens & videns, vel ex ignorantia culpabilis mortaliter, talem attritionem omittat huius peccati mortalis, quod est materia necessaria talis confessionis, tunc confessio erit nulla: si autem illa omisio contingat ex ignorantia, vel in aduerteria inculpabili, confessio non erit simpliciter nulla, sed solum tenebitur aliquis peccatum illud iterum confiteri, cuius veram attritionem non habuit, si defectum commissum postea recognoscat. Existimo enim quoad hanc partem ita esse iudicandum de vniuersitate attritionis, & eius defectu, sicut de integritate confessionis, eiusque defectu. Nam attritio, quatenus est pars huius sacramenti, confessioni copulatur, quia & per illam sensibilis fit, & propter eius veritatem requiritur: igitur cum ea etiam feruat proportionem, quantum ad necessitatem in ratione partis. Sicut ergo confessio illa, in qua peccatum aliquod omnino taceatur ob inculpabilem obliuionem, valida est, licet materialiter non sit integra, ita confessio illa, in qua peccatum aliquod absque vera attritione aperitur, mutila quidem est quoad illam partem, quia secundum eam non est vera & sacramentalis confessio: nihilominus tamen mutilatio illa materialis tantum est, quia inculpabiliter fit: ergo non reddit confessionem nullam, quia ea non obstante, quoad cetera manet confessio vera, quia ex vera attritione facta est, & formaliter integra, quia nihil cum culpa taceatur, aut sine debito modo dicitur. Ergo eadem ratione illa attritio est tunc sufficiens ad veri aterni sacramenti, quia est vera & supernaturalis, & de omnibus peccatis rite confessis, seu que penitens hic & nunc potuit ita confiteri, vt ex sola confessione illorum sacramentalem confessionem, & formaliter integram faciat.

Carentia ergo attritionis circa alia peccata solum est defectus quidam materialis integritatis, qui non est contra substantiam sacramenti. Etenim, si peccata illa fuissent omnino obliuata in confessione, quam respectu doloris, quia videlicet ad illa nullo modo extendentur, confessio fuisset valida, vt supra dictum est: ergo a fortiori licet fuerint obliuata, vt sic dicam, respectu veræ attritionis, & non respectu exterioris confessionis, seu narrationis, si obliuio æque naturalis & inculpabilis fuit, confessio erit valida, Eadem vero ratione ac proportione tenebitur quis, per se loquendo, iterum confiteri illa peccata, quæ sine vlla vera attritione narrauit, non minus quam si illa omnino diceret omisit propter obliuionem: quia perinde est non confiteri aliquod peccatum debito modo essentiali, & ad veritatem accusationis necessario, ac omnino non confiteri illud. Vnde, si omnia peccata illo modo dicta fuissent, omnium confessio iteranda esset: ergo idem est proportionaliter quoad partem, quia quoad illam, vt dixi, non fuit sacramentalis confessio, neque ad integritatem eius pars illa pertinuit. Denique quia ille penitens tenetur postea habere attritionem talis peccati, non tantum absolute, sed vt partem sacramenti: non potest autem esse sacramenti, quod præcessit, propter rationes supra in simili puncto tactas: ergo oportet vt iterum coniungatur confessio peccati, quæ fit vera pars alterius sacramenti. Ex his ergo satis constat qualis dolor

26
si ex ignorantia culpabiliter, talem attritionem omittat huius peccati mortalis, quod est materia necessaria talis confessionis, tunc confessio erit nulla: si autem illa omisio contingat ex ignorantia, vel in aduerteria inculpabili, confessio non erit simpliciter nulla, sed solum tenebitur aliquis peccatum illud iterum confiteri, cuius veram attritionem non habuit, si defectum commissum postea recognoscat.

27
Carentia ergo attritionis circa alia peccata solum est defectus quidam materialis integritatis, qui non est contra substantiam sacramenti. Etenim, si peccata illa fuissent omnino obliuata in confessione, quam respectu doloris, quia videlicet ad illa nullo modo extendentur, confessio fuisset valida, vt supra dictum est: ergo a fortiori licet fuerint obliuata, vt sic dicam, respectu veræ attritionis, & non respectu exterioris confessionis, seu narrationis, si obliuio æque naturalis & inculpabilis fuit, confessio erit valida, Eadem vero ratione ac proportione tenebitur quis, per se loquendo, iterum confiteri illa peccata, quæ sine vlla vera attritione narrauit, non minus quam si illa omnino diceret omisit propter obliuionem: quia perinde est non confiteri aliquod peccatum debito modo essentiali, & ad veritatem accusationis necessario, ac omnino non confiteri illud.

Primum autem sic confitetur sine dolore debito iterum peccati confessio.

fit de

fit de substantia huius sacramenti, & quid de aliis opinionibus adductis sentiendum sit, quomodoque illarum fundamentis sit satisfaciendum.

An necesse sit attritionem formaliter concurrere, & antecedere confessionem.

28 Formaliter dolorem necessarium de huius concurrens ad sacramentale confessionem.

Nonnulla vero supersunt breuia dubia explicanda. Vnum est an necesse sit huiusmodi attritionem formaliter concurrere: & an tempore, vel saltem natura debeat antecedere confessionem ipsam. In qua re duo videntur mihi certa. Primo necessarium esse vt formalis dolor, qui fit contritio, vel attritio, qualis a nobis descripta est, concurrat ad sacramentalem confessionem mortalium peccatorum: hoc enim vt minimum probant omnia quae hactenus adducta sunt: & sine dubio Concil. Florentinum, & Tridentinum cum assignant materiales partes huius sacramenti, aperte loquuntur de formali dolore, seu detestatione per poenitentiam. Item est prima ratio, quia hic formalis actus poenitentiae est per se necessarius ad remissionem mortalis peccati, vt supra ostensum est: quae necessitas maxime occurrit, quando quis iustificari vult de peccatis, quae actu recogitat: hoc autem fit in hoc sacramento, quia confessio non fit sine recogitatione peccatorum, & in ordine ad eorum remissionem: ergo merito ita est institutum, vt formalem aliquam poenitentiam essentialiter requirat: maxime cum vera accusatio de peccato apud Deum sine pio animi dolore fieri non possit. Ex quo obiter colligitur contritionem, vel attritionem propter poenas inferni, aut aliud vniuersale motiuum, licet formaliter terminetur ad vnum peccatum particulare, virtute comprehendere omnia peccata mortalia: nihilominus tamen in ordine ad confessionem necessariam esse contritionem, vel attritionem, quae formaliter terminetur ad omnia peccata de quibus fit confessio, quia huiusmodi formalis poenitentia est per se necessaria de peccatis commissis, & ad eorum veram accusationem. Non oportet tamen vt ad singula peccata specialiter terminetur per repetitionem plurium actuum: quia hoc nec ad veram poenitentiam, neque ad veram accusationem necessarium est: sed sufficit dolor vniuersalis de omnibus peccatis confuse conceptis, qui virtute extendatur ad singula, prout de illis accusatio fit in virtute talis doloris.

Dolor est vniuersalis motiuum virtutis suae extendit ad omnia mortalia.

Attritio non est necesse vt terminetur ad singula peccata.

29 Potest dolor tempore antecedere confessionem.

Secundo est certum posse quidem dolorem hunc tempore antecedere ipsam confessionem, non tamen id esse necessarium, sed aliquando posse comitari confessionem ipsam. Prior pars constat, quia iuxta communem usum, confessionem antecedit cogitatio peccatorum, quae optime fit, si cum vero animi dolore fiat: postea vero fit confessio in virtute talis recogitationis, & doloris. Contingere autem potest, vt in actuali confessione ita homo attendat ad peccatorum explicationem, vt nullum internum dolorem tunc actu exerceat. Item potest accidere, vt dum absolutio conceditur, nullus iteretur dolor, vel ob naturalem distractionem, vel ob aliam causam, & nihilominus sacramentum illud sine dubio validum est, & confessio sufficiens, quia moraliter illi coniungitur dolor, qui praecessit, & virtute sua illam confessionem informat: potest ergo interdum dolor tempore antecedere confessionem. Solum oportet aduertere semper esse necessarium, vt talis dolor isternus ex intentione poenitentis formalis, vel virtualis, ad confessionem referatur: quod fit quoties quis peccata recogitat, & de eis dolet, vt ea confiteatur, vel praebet signum sui doloris in ordine ad confessionem faciendum, seu absolutionem obtinendam, ac denique quoties quis dolet de peccatis cum expresso proposito illa confitendi, ex cuius

Debet tamen formaliter, vel virtualiter ad confessionem referri.

Fr. Suarez tom. 4.

A virtute postea confessionem facit, nam quilibet ex his modis sufficit ad veram accusationem: aliqua vero huiusmodi relatio necessaria est, quia intentio sacramenti, & partium eius in ordine ad constitutionem illius, necessaria est ad sacramentum constituendum.

Altera vero pars, scilicet, quod haec temporalis anteceptio doloris simpliciter necessaria non sit, probatur facile: quia non est de necessitate huius sacramenti, vt recogitatio illa tempore antecedit: potest enim in rigore fieri in ipsa confessione, si ob eam causam non timeatur periculum oblivionis alicuius materiae necessariae. Item, quauis recogitatio antecedit, potest fieri sine vlla interna poenitentia, quae haberi postea potest in ipsa actuali narratione peccatorum, quod satis omnino est ad veram confessionem faciendam: ergo potest contritio tempore comitari confessionem, etiam si nullo modo praecedat duratione. Nam ordine naturae dici potest hic praecedere, quia illa confessio, quatenus est accusatio, a tali dolore procedit.

30 Non est necessarium esse vt attritio tempore antecedit confessionem.

An necesse sit, vt dolor saltem natura confessionem antecedit.

Hinc vero difficultas oritur, an haec anteceptio secundum naturae ordinem necessaria sit ad valorem confessionis, & consequenter, an omnino necessarium sit vt contritio non sit posterior confessione: sed ad minimum cum illa tempore concurrat. Videtur enim ex dictis sequi, necessarium esse, vt contritio de peccato saltem natura sit prior, quam eius confessio: quia necessitas contritionis in praesenti est, vt confessio veram rationem accusationis habeat, ad hoc autem necesse est, vt confessio ex contritione procedat: ergo oportet vt contritio ordine naturae antecedit. Vnde vltius videtur sequi, necessarium esse, vt contritio non subsequatur confessionem, sed ad minimum coexistat illi, quia prioritas naturae saltem requirit coexistentiam cause cum effectu: nam haec causalitas ad quandam efficientem pertinet. In contrarium vero est, quia iuxta communem usum fidelium tam poenitentium, quam confessorum post absolutam confessionem peccatorum omnium, solent excitari ad generalem contritionem peccatorum eorundem, & ad exhibenda signa eiusdem contritionis, seu doloris, idque censetur ex hac parte sufficiens, vt rite & recte detur absolutio, siue dolor antea praecesserit, siue non. Dico ergo, hoc etiam satis esse ad veritatem sacramenti. Ratio est, quia, licet tota prior narratio peccatorum, quatenus tempore antecessit contritionem, non dum habuerit completam rationem accusationis, vt ratio prius facta conuincit: tamen, quatenus postea informatur per consequentem contritionem, & vt sic informatam subiicitur clauibus ab ipsomet poenitente postulante, vel expectante absolutionem, sufficienter consummatur in ratione accusationis sacramentalis: hoc ergo satis est ad veritatem sacramenti.

31

Satis esse ut habeatur ante absolutionem.

Sit ne propositum non peccandi de ratione attritionis necessariae ad valorem sacramenti.

Vltius vero dubitabit aliquis: an propositum non peccandi sit etiam de ratione huius attritionis necessariae ad sacramentum. In quo duae videntur esse extremae sententiae. Prior est affirmans, & quae necessarium esse propositum, ac dolorem. Quod sentit Medina Cod. de Confess. q. de Confessione facta iteranda. Et fauent illi Concilium Florentinum, & Tridentinum. Nam Florentinum ait, primam partem huius materiae esse contritionem, ad quam

32 Prior opinio affirmans. Medina.

Posterior opinio negans.

Aa 3 perti-

pertinet dolor de peccato cum proposito non peccandi de cetero: quod etiam dicit Concilium Tridentinum capit. 4. Alia vero sententia nec virtuale propositum requirit. Quod sentiunt auctores citati in opinione impugnata secti. præcedente circa finem: & aperte Soto d. 17. quæsti. 1. artic. 2. dum ait, confessionem nunquam esse fictam ex defectu propositi, si tamen penitens suum defectum confiteatur.

Soto.

33
Propositum non peccandi virtuale sufficere ad sacramentum. Et confessio mortalis requiritur formale propositum.

34
Formale propositum non est tam necessarium ac dicit præsertim in confessione venialium.

35
Nec satis est contritionale defectum.

36
Formale propositum non est tam necessarium ac dicit præsertim in confessione venialium.

33
Dicendum vero existimo, propositum saltem virtuale esse de essentia huius sacramenti. Hoc constat ex supra dictis, quia absoluta, & efficax detestatio peccati est de essentia huius sacramenti: constat autem huiusmodi efficaciam detestationem includere saltem virtuale propositum nunquam simile committendi. Vnde ulterius addo, si confessio sit de mortalibus peccatis, per se loquendo necessarium esse propositum formale vitandi illa, quia reuera tale propositum est per se loquendo necessarium ad habendam veram penitentiam & attritionem de tali peccato, ut ex dictis constat. Vnde fit, ut si aliquis sciens & videns confiteatur de huiusmodi peccato sine tali proposito, & in ea dispositione velit absolutionem recipere, sine dubio graviter peccet, & consequenter sacramentum sit nullum, iuxta principia supra posita. Nec refert quod suum defectum confiteatur (quidquid Soto dicat) quia illa confessio fit cum actuali complacentia, vel commissione mortalis peccati, & ex hac parte est omnino nulla. A posteriori etiam potest sumi morale signum: nam qui videt se non habere propositum, & non vult illud efficere, signum est nec propositum virtuale habere, nam hoc habito, & posita dicta advertentia; facillimum esset habere formale. Vnde nihil est magis vitatum in administratione huius sacramenti quam exigere à fidelibus propositum vitandi peccata, præsertim mortalia.

34
Vltimo vero addo, formale propositum non videri mihi tam necessarium, quam formalem dolorem, & maxime quando materia est venialis. Vnde si quis bona fide vere detestetur peccatum, quod confitetur, & non advertat ad formale propositum in futurum, ita ut in omittendo non peccet, existimo sacramentum esse validum, & sufficere propositum virtuale in dolore inclusum. Ratio esse potest, quia Concil. Trident. loquens de attritione, non tam expresse requirit formale propositum, sed solum dolorem illum, qui voluntatem peccandi excludat: prædictus autem dolor reuera excludit hanc voluntatem, cum excludat virtuale propositum contrarium. Item, quia attritio formaliter consistit in dolore, seu retractatione peccati commissi, & cum confessio consistat in accusatione de commissio peccato, maxime intrinsece requirit detestationem eiusdem peccati: unde dispositio in futurum non videtur esse tam intrinseca: & ideo non videtur esse omnino eadem ratio.

An propositum obediendi confessori in omnibus sit de necessitate contritionis, ut est pars sacramenti.

Vltimo expeditur ex dictis aliud dubium, quod hic tractari solet, videlicet, an propositum obediendi confessori in omnibus sit de necessitate contritionis, seu attritionis, quæ est pars essentialis huius sacramenti. Ad hoc enim breuiter dicendum est. In tantum esse hoc propositum necessarium, in quantum continetur in vniuersali proposito seruandi omnia mandata: in iis enim quæ confessor præcipere potest, penitens tenetur obedire, & consequenter habere animum, & propositum obediendi, & seruandi hoc præceptum, sicut cætera. Duo autem sunt quæ confessor præcipere potest: primum per-

tinet ad satisfactionem pro poena debita peccatis commissis, de qua potestatem, & obligationem illi respondente, dicam infra in materia de satisfactione. Secundum est pertinens ad debitam dispositionem, vel emendationem in futurum, in quo ferenihil nouum potest confessor præcipere, sed explicare potius & proponere penitenti id, quod alias ipse facere tenetur, ut quod restituit, vel occasionem tollat, & c. ut bene notauit Syluest. verb. Restitutio. 5. §. 7. Nam, si quid potest confessor ex sua potestate addere, totum reducitur ad impositionem satisfactoriæ penitentiae. An vero in huiusmodi rebus, quas confessor faciendas proponit, teneatur penitens sequi iudicium, vel opinionem confessoris, vel potius e contrario confessor teneatur conformari opinioni penitenti, dicemus infra agentes de obligationibus confessoris, & de modo quo se gerere debet circa penitentem.

Syluesti

SECTIO V.

Utrum confessio possit esse informis ex affectu doloris.

Hæc quæstio annexa est præcedenti, & ex principiis positus expediri facile potest, & ideo hoc loco tractanda est, sicut tractatur à Doctoribus in 4. d. 17. Confessio ergo informis variis modis dicitur. Primo illa, quæ non informatur vera sacramentali forma: & hoc modo non est dubium quin possit dari confessio informis, ut si sacerdos post auditam confessionem nolit absolueret, vel non cum debita intentione, &c. ex qua confessione constat non fieri sacramentum. Secundo dicitur confessio informis illa, quæ ex quocumque defectu essentiali insufficientem est ad conficiendum sacramentum, siue ex defectu integritatis, siue doloris, siue iurisdictionis, & c. & hoc etiam modo constat confessionem posse esse informem. Sed de his modis nunc non agimus. Tertio potest confessio dici informis, quia dum fit, seu ante absolutionem non informatur gratia, seu vera contritione perfecta: & hoc modo etiam per se notum est, dari posse confessionem informem. De quo etiam modo non agimus, quia constat confessionem hanc esse sufficientem ad conficiendum sacramentum, & in fine eius formari per effectum illius. Quarto ergo, & ad rem, confessio informis vocatur, ex qua veri efficitur sacramentum adueniens sacramentali forma, & tamen etiam post illud receptum informis manet, quia non est sufficiens ad effectum sacramenti consequendum: & de hac sunt opiniones.

Prima ergo sententia negat posse dari huiusmodi confessionem informem. Cuius fundamentum est, quia dispositio ipsa, seu attritio, quæ sufficiens est ad consequendum sacramenti effectum est pars essentialis eiusdem sacramenti, & ideo non potest confici tale sacramentum, quin recipiatur in subiecto disposito, & consequenter in illo habeat effectum, atque ita formatum sit. Hæc vero sententia duobus modis defendi potest. Primo asserendo veram & supernaturalem contritionem, vel attritionem in re existentem esse de essentia sacramenti, sicut etiam est necessaria ad effectum. Et hoc modo defendunt illam Gabriel, Maior, Adrianus, & Medina supra citati. Et aperte eam docuit D. Thom. in 4. d. 23. qu. 1. artic. 4. q. 2. Secundo, asserendo e contrario attritionem existimatam ex ignorantia inuincibiliter necessariam esse, & sufficere, non solum ad substantiam, sed etiam ad effectum sacramenti. Et hoc modo defendit hanc sententiam Veg. lib. 13. in Trident. ca. 26. 34. & 36. Sed hic posterior modus à nobis iam reiectus est.

Secun-